

Tu ad liberandum suscepturus hominem,
non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo, aperuisti creden-
tibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloriâ Patris.
Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, famulis tuis subveni,
quos pretioso sanguine redemisti.

Æternâ fac cum Sanctis tuis in gloriâ nu-
merari.

Salvum fac populum tuum, Domine, et
benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, et extolle illos usque in æter-
num.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum, et in
seculum seculi.

Dignare, Domine, die isto, sine peccato nos
custodire.

Miserere nostrî, Domine, miserere nostrî.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos,
quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi; non confundar in
æternum.

PSAUMES DE LA PENITENCE.

PSAUME 6. Domine, ne in furore. *Ps. 31.*
Beati quorum. *Ps. 37.* Domine, ne in
furore. *Ps. 50.* Miserere. *Ps. 101.* Domine,
exaudi. *Ps. 129.* De profundis. *Ps. 142.* Do-
mine, exaudi.